(52ª Part.) V

uigiliis ac sudore constiterit. facile sobrius lector
agnosset. Et has quodammodo inęqualitatis formas
temperata brevitate laborando collegimus ipse
lector probabit quę nos ex grecarum opulentia
litterarum in romanum orationis thesaurum
tota contraximus. Si quę ex sapientia doctrinis
eminuit. sapientissimi iuditio. per nos compro-
bentur. Uides igitur ut tam magni laboris
effectus tuum tantum lector expectet examen.
Nec in aures prodire publicas nisi doctę sententię
adstipulatione nitatur. quo nihil mirum videri
debet. cum id opus quod sapientiae inventa
persequitur non autoris sed alieno incumbit arbitrio.
Est enim sapientia numerorum causas et divisiones
earum quę vera est cognitio. et integra comprehensio.
Quod hęc qui spernit. idest has semitas sapientię
ei denuntio. non recte philosophandum. Hęc est
autem arithmetica hęc enim cunctis prior est
non modo. quod hanc huius mundanę molis
conditor deus. primam suę habuit ratiocinationis
exemplar et ad hanc cuncta constituit. quę-
cumque fabricata ratione per numerum ad-
signati ordinis invenere concordiam. Sed hoc quoque
52v prior arithmetica declaratur | quodcumque natura
priora sunt. his sublatis simul posteriora
tolluntur. Quod si posteriora pereant. nihil
de statu prioris substantię permutatur. ut ani-
mal prior homine . . . .

geht dann bald zur Zahlenlehre über.